

san Gerolamo; ora vi risplende, stella nuova, il V. Perché adunque tanta invidia da parte sua?

Molte città insigne, anche la stessa Roma, per malattia o per vecchiaia si son consumate;

Capodistria del pari ebbe glorioso il passato, e ora, quando è inferma e logora, dovrebbe esser dal V. ripristinata, anziché abbattuta con parole mordaci.

Con una sola parola san Paolo fece i Cretesi infami; vorrà il V., col suo discorso imperituro, disonorare la città sua e degli avi per sempre?

Lo esorta quindi a togliere o correggere quel passo;

e conchiude, pregandolo di perdonare la sua franchezza.

bus ⁽¹⁾, Ecclesie sidus doctrine, Hieronymus, prodiit. si tu alterum Iustinopoli datum, que tandem invidia, quia per te te sapis, eorum qui ex humilibus locis, tum vatum, tum philosophorum, tum etiam aliorum, ad sublimia surrexerunt? historias omitto. forme dignitas, ut ait Cicero, aut morbo aut vetustate extinguitur ⁽²⁾. hec duo 5 genera malorum haud solum hanc tuam verum innumeras alias ipsamque gentium orbisque dominam Romam ex clarissimis contemptissimas reddidere, ut verum dixerit Anneus: habent, inquit, « etiam urbes fata sua » ⁽³⁾. tua hec, ut scias, patria Colchos habuit auctores, post habuit reges atque amplissimum populum. quassa 10 nunc morbis et annis fessa, tuis adornamentis instauranda, non autem dictis mordacibus demolienda est. quantum quidem ⁽⁴⁾ doctoris auctoritas hominem plerumque locumve funestare possit, ut eterna sigillatione pudoris mordeatur, Cretenses, toto iam orbe una apostoli vocula infames ⁽⁵⁾, si id curas, testes sunt ⁽⁶⁾. at si hec 15 splendidissima oratio tua, ceu victuram ⁽⁷⁾ cerno, vivet in secula, nonne sempiterna illam avorum parentumque tuorum requiem, cunabula tua, cauteriabis infamia, quam quidem non abluet fluxus perennis unde ⁽⁸⁾ qua pulsatur? quare, frater karissime, nil tale de te meritam, parce per sanctissimam tuorum parentum venerationem, 20 huiusmodi tituli feditate impurare ⁽⁹⁾. quin, si editum amica fide iudicium meum, quod magni te ais ducere, hic non aspernaris, aut omnino huiusmodi articulum dele aut in melius verte. quod profecto, cum indecorum sit exteros et multo amplius suos vituperare, ad tue laudis incrementum futurum arbitror, quia improbare 25 eius ambitus cives, salva tuorum parentum laudis integritate, non potes. vale et, si quid offendant, ignosce. nam quanta affectione apud te ausim, colligere vales, cum, ubi forte strictis ⁽¹⁰⁾ compressisque labiis alius preterisset, silentium fortasse honestius imperare michi non potui. Mugle, idibus septembris 1395. 30

(a) Codd. quandoquidem (b) *G in marg.* dà curas homines sunt, e nota: « legitur » in C. T. ». (c) *G* seu vict. (d) *G in marg.*: fluens perennis unda qua, variante » in C. T. ». (e) *G P* imputare (f) *B* structis *P* cum tibi forte scriptis compressisque

(1) Cf. l'epist. LXII, p. 146 nota 1. « tam hominum quam urbium fata vol-
(2) [Cic.] *Ad Herenn.* IV, xxvii, « vuntur ».

37. (4) Cf. s. PAUL. *Ad Tit.* I, 12.
(3) Cf. SEN. *Ep. ad Luc.* XCI, 7: Cf. l'epist. LXII, p. 146, nota.